Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift

nis. sed potius conversus maturus et bonus. sit dulcis
et amabilis ad omnem obedienciam promptus et paratus
et ordinis potius sit. Debeat placere in bono conversus
omnibus de societate eius gaudeat et conversacione eius, ut
glorificet deum patrem qui in celis est. Sciat vero
quod vera conversio a tali domum incipit et humilitate
et tunc vere divicias celestium meruit esse particeps
postquam propter christum paupertatem amaverit
Ipsa namque veritas ait: Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum. Sedeat autem cum fratribus iunio-
ribus in una parte conversus aliquantulum remocius
ubi congrue audire possit lectorem. In refectionis
eciam tempore in mensa a mensa professorum sequestratus
sic sedeat ut a fratribus videri possit. Frequenter tamen
mittatur et de sermonibus ad consolandum et confortandum et
qui sic a prelato audierit mittitur illis loquitur pro eciam in
absencia magistri. Caveant vero fratres non multum se de
noviciis intromittant. Erudiatur eciam de preceptis
regule psalmis ymnis et canticis spiritualibus sicut
visum est in eodem monasterio. Nec intromittat eum ad aliquod
opus donec plenius de ordine et ministerio sit eruditus.
Primordia enim conversorum blandis sunt confovenda
modis. ne sua asperitate incipiat exterriti ad
peiores lapsus recurrat. Qui enim conversum sine lenitate
erudit. exasperare potius quam corrigere novit. Quare
omnis novicius conversio. ad hunc processum vite his commixtiones
propter nequiciam eorum virtutes perdere debet ad hoc
oculos domini conversacionis vestre sedulitatis abbatis extirpetur

De professione noviciorum et modo profitendi et de